



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Quarè Deus nobis hominibus factus est pater pius & amicissimus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

1. Quare Deus nobis hominibus factus est pius & amicissimus.
2. Quae sit differentia inter Deum patrem strum in cœlis, & patrem nostrum in terra?
3. Quis sit pater, & cum sciat defectus filiorum cur tamen ab illis vult exorari.

4.



VANuis Deus propter peccati nostri  
meritò esse possit formidabilis iudicari  
& damnare nos omnes, tamē mercenari  
li placatus est, vt nunc velit esse pater  
omniū illorum, qui credunt in filio  
ius ictum Christum. Ioan. i. dedit potestatem fidei  
Dei fieri his qui credunt in nomine eius, &c. Ioh. iii.  
omnium Christianorum, qui in ipsum credunt, Deus  
us est pater: non credentium autem iudex est formidabilis. Sic Esa 63. vocat Deum patrem, Tu Domus  
pater noster, redemptor noster es. &c. 2. Corin. i. dicit  
Apostolus: Pater misericordiarum & Deus totius  
solationis. Si ergo est pater nobis, & nos igitur  
eius, & heredes regni eius, Rō. 8. Ideo dicitur Ioh.  
videte qualem gratiam dedit nobis pater, id est, Deus  
us, vt filij Dei nominemur & simus. Hæc manifestatio  
gratia Dei est, vt nos in filios propter Christum re  
cuperemus. Qui ergo dedit vt filij simus, inquit Augustinus,  
quid ergo non dabit filiis potentibus aliquid? si  
cessit quod maius est, nempe esse filios, quomodo  
terna dona, quæ minus sunt, negabit? Ut ergo omnes  
homines natura peccatores Ephes. 2. efficeretur  
filij Dei, Deus primò facit denunciare verbum  
voluntatem suam toti mundo, & sic prædicatur  
angelum in vniuersa terra Marc. vlt. Math. 24.  
intelligimus, quod postulet poenitentiam & fidem  
& promittit vitam ex misericordia propter Christum  
poenitentibus & credentibus, deinde aperit cor  
nostrum.

nostra, & donat ut credere valeamus Euangelio Ioan. decimoquinto inquit Christus: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi &c. Ideo nisi ipse corda nostra aperuerit, nemo verè potest credere: aperire autē omnibus paratus est, quibus facit denunciare verbum. Si quis autem contempserit, & Euangelio non obdiērit, Rom. 10. is non efficietur filius Dei. Et sic primò antequam quicquam petimus à Deo, oportet ut Deus nobis fiat pater, id quod fit per fidem in Christum. Postea dicimus & oramus: Pater noster qui es Matth. 6.

in cœlis: iam vocamus & habemus eum patrem, antequam quipiam petierimus, per fidem igitur ve*bi* ipse mihi pater, & ego filius eius factus sum: & quoniam pater nobis est factus, ideo misericordia & gratia sua nos souet, regit, mundat & saluat, & maiori studio curat nostra, atq; nouit defectus & tribulaciones filiorum suorum per fidem filij sui, quam illus pater carnalis. Ideo dicit Esa 49. Nunquid potest obliuisci mater filij sui &c.

Secundò dicimus Deum patrem nostrum in cœlis, ad differentiam patris queni habemus in terris, qui cum sit homo peccator, mortalis & ut filius, non potest hoc nobis donare, quod verus pater in cœlis donat, nempe remissionem peccatorū, sanitatem corporis, & alia bona spiritualia, patientiā, misericordiam, pacē cordis, fidem, timorē, dilectionem Dei, & alios fructus Spiritus Gal 5. Postremò nec vitam eternā potest donare, sicut pater cœlestis. Est igitur multo amplius diligendus & timendus pater in cœlis, quam terrenus. Maximè etiam conformes & obedientes filii esse debemus erga hunc patrem Deum in cœlis, ut faciamus quæ præcipit, & omittamus quæ prohibet, ut credamus verbo eius, & illi per omnia obtemperemus. Sic enim dicit per prophetā Malach. 1. Filius honorat patrem, & seruus Dominum suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus

ego